9. Aug.ti 1751 fol. 249 —
Literae de Capell.nia in Parochli Porlę maioris
pro Ven. Clerico Barfo

(27)

Caietanus de Caelis S. T. et I. V. D.r Prothon.s Aplicus Em.mi et Rev.mi
Dñi Dñi Joseph Tit. S. Mariae in Via S. R. E. Pbri Cardinalis Puteobo
nelli S. Mediolanensis Ecclesiae Archiepi in spiritualibus et temporalibus Vica
rius Generalis, dilecto nobis in Christo Carolo Barfo Clerico Mediolanensis
diocesis salutem in domino. Cum nuper nomine Nob. DD. Mar
chionum Caroli Hectoris, et Alexandri de Terzaghis Patronorum
et Advocatorum perpetuae Capellaniae Ecclesiae sub Invocatione S.
Margaritae erectae in Ecclesia Parochli Loci Porlę maioris Plebis
Busti dictae Mediolanensis diocesis ad eandem Capellaniam per liberam
dimmissionem a R. Pbro Petro Paulo Birigotio illius ultimo et
immediato Titulari, et Possessore die decima octava mensis
Februarii anni proxime praeteriti factam vacantem coram
nobis praesentatus fueris petiveris que praesentationem huius
modi admitti, et canonicam institutionem tibi fieri et dein
de servatis servandis coram nobis de Iure patronatus huiusmodi
legitime constiterit, demumque de mandato nostro per Ad. RR.
PP. Examinatores Synodales examinatus, ad ptam Capellaniam
idoneus renunciatus fueris; Nos auctoritate ordinaria,
qua fungimur in hac parte recepto prius a te iuramento
iuxta formulam in Concil. Provinc. primo Mediolan. praescri
ptam de non alienando bona dictae Capellaniae et alienata recu
perando, nec non de parendo mandatis pti Em.mi et Rev.mi
Dñi, et pro tempore Archiepi Mediolanensis; Te in praefata
Capellania sic ut praefertur vacante ad praesentationem ptam
instituimus, teque coram nobis propter hoc flexis genibus
humiliter constitutum et acceptas, per bireti capiti tuo impo
sitionem cum Iuris plenitudine investimus. Quocirca
universis, et singulis personis Ecclesiasticis Notariisque et Tabellio
nibus publicis Civitatis, et diocesis nobis in virtute S. Obed.ae
ac sub poenis, et censuris contra inobedientes Superiorum
mandatis a Iure inflictis, et arbitrio nostro infligendis
per praesentes praecipimus, et mandamus ut cum pro parte
tua vigore praesentium requisiti fuerint, ne eorum aliquis

28

fuerit requisitus ad ipsam Ecclesiam Parochialem loci Sortae

maioris personaliter accedant, seque vel Procurem. tuum pro

te in corporalem, realem, et actualem possessionem praefatae

Capp.niae ac omnium illi annexorum Iurium, et pertinen

tiarum universorum ser. ser. inducant auctoritate nostra

et defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito deten

tore quem nos etiam harum serie amovemus, et amotum denuntia

mus amotum. Fictabilibus vero Colonis et aliis arrendatariis

de p.tae Capp.niae, ac omnium illi annexorum fructibus, reddi

tibus, proventibus Iuribus, et obventionibus universis tibi

vel Proc.ri tuo legitimo debito tempore integre respondeant

ac ab aliis quantum in se fuerit responderi faciant. In

quorum fidem praesentes manu nostra signatas et per

infrascriptum m. R. d. Cancellarium Archiepiscopalem subscriptas, sigilli

que Archiep.lis S. Ambrosii appensione munitas fieri iussimus

datum et actum Mediolani in aedibus nostrae solitae residentiae

sitis in Palatio Archiep.li anno a nativitate d.ni millesimo

septingentesimo quinquagesimo secundo Indictione

decima quinta die prima mensis augusti. Pontificatus Sanct.mi

d.ni nostri ~~Papae~~ Benedicti XIV. anno duodecimo praesenti-

bus R. Pbro Joseph Ant.o Ballotto Benef.o Chorali Ecclesiae

metropolitanae Mediolani et Felice Coratto famuli mei, testibus idoneis

Signatus C. de Caelis Vic.s Gen.lis

Subscriptus Pro m. R. d. Cancell.o Archiep.li Pbro Andrea Calazius

Not.s coad.r

Et sigillatus

Concordat cum originali mecum exhibito et collatio

nato, et pro fide

J. C. Carolus Lambertus Rossa d. Mediolani

Not.s et Col.

Ill.mo e R.mo Sig.re

Fa bisogno al Chierico Carlo Banfi le fedi del suo Battesimo e matrimonio de suoi Genitori umiliss.mo serv. di V.S. Ill.ma e R.ma e non potendo le med.me ottenersi senza speciale decreto di V.S. Ill.ma e R.ma ricorre umil.te supplicandola degnarsi concedere acciò si estragono le sud.e dalli Libri di Battesimo e Matrimonio, che della grazia sarà perpetuo Oratore presso S. D. Maestà e spera

Conceditur, non tamen pro Criminalibus ad offensam ittam inferius litteris exarando. Ex Palatio Archiepiscopali Mediolani 27 Xmbris 1751

In libris baptizatorum in hac Ecclesia SS. Pauli, et Petri Arluni sicut sequitur

Mille settecento trentuno addì venti Maggio.

Carlo Fig.o del Sig.r Alfonso Banfi, e Sig.a Maddalena Sangalli legitimi Consorti di q.ta Cura, nato ieri, e stato battezzato oggi da me Curato Carl'Ant.o Sedotti in q.ta Chiesa Parroch.le de SS. Apostoli Pietro, e Paolo d'Arluno. Compadre fu il Sig.r Carlo Ferrario di q.ta Cura..

In fide hac die 3 Januarii 1752
Augustinus Lombardinus
Parr. Arluni

30

In libro status animarum matrimoniorum tenoris ut sequitur

Addì tre Febraro mille settecento venticinque
Alfonso Banfi figlio del fù Giovanni, e Madalena Sangalla figlia di Giacomo ambidue di questa Cura hanno contratto il S. Matrimonio per verba de presenti alla presenza del R. Sig. Giambatta Castiglione con licenza di me Cur. Pedotti, e dalli testimonii Flaminio Ferrario, e Giuseppe Capsoto, essendosi prima fatte le publicazioni alla forma del S. Con. di Trento in q.ta Chiesa d'Arluno, cioè la prima addì sei Genaro, giorno dell'Epifania la seconda addì sette, la terza addì quatordeci di d.o mese giorni di domenica, ne si è opposto veruno impedimento.
Ita fide hac die [illegible] Januarii 1752
Augustinus Lombardinus
Par. Arlunii Plebis Legnani